



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118464**

§. 64. Gallorum exercitus Mariniani ab Heltiis(sic!) invasus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](#)

Sæc. XVI. sum præstolaturi, Placentiæ hærere sta.  
A.C 1515. tuerunt.

## §. LXIV.

*Gallorum exercitus Mariniani ab  
Helvetiis invasus.*

**H**elvetii Monzæ diutius subsistere pertæsi, motis castris prope Mediolanum tentoria sua fixerunt: Galli vero, ne eorum adventu metum cepisse vide-rentur, S. Donati oppido, quod huic Metropoli & Mariniano interjacet, primum agmen admoveunt: Cardinalis autem Sedunensis capitali in Gallos odio flagrans, Helvetios suos in unam aciem coactos gravi sermone alloquebatur: „Ma-  
„no animo, inquit, milites estote! ex-  
„pedita vobis offertur vincendi occasio,  
„minima sunt, quæ nunc intuemini,  
„immensa vobis spolia parantur; Regis  
„potentissimi cum toto suo exercitu ar-  
„mis vestris profligati gloriam poste-  
„ris relinquite.., Hæc Cardinalis ora-  
tio tantopere Helvetiorum animos ere-  
xit, ut illi sumptis quantocius armis, ca-  
strisque Mediolano motis, secum viginti  
duntaxat minora belli tormenta abstra-  
herent, ac Gallorum exercitum altero ab  
urbe lapide diffitum aggredierentur. Re-  
censebant Helvetii quadraginta peditum  
millia, præter septingentos vel circiter o-

ctin-

tingentos equites Italos; nec tympana, Secul. XVI.  
nec fistulæ audiebantur, abs dubio, ut A.C. 1515.  
eo certius incautos hostes inopina vi op- Marian. l. 30  
primerent. Accesserat Livianus Gallo- n. 126.  
rum castra, atque adhuc cum Rego col-  
loquebatur, cum Borbonius Connestabi-  
lis hostem instare nunciaret. Nulla  
mora Venetorum Dux equo consenso  
Laudam accurrit, protinus cum quadam  
equitatus sui parte opem latus.

## §. LXV.

*Helvetii Marinianensi prælio  
devidi.*

*A*gre admodum Gallis, ut hostem ex- Belcar. l. 15.  
ciperent, ante eorum castra aciem §. 20.  
instruendi spacium concedebatur, vix- Simler. rep.  
que Connestabilis primum, cui præerat Helv. l. 1.  
agmen, peditibus Germanis ad rei tor- Guic. lib. 12.  
mentariæ præsidium relictis, in ordi- Paul. Jov.  
l. 15.  
nes disponebat, cum Helvetii recta in  
belli tormenta impetum tentant, ut iis oc-  
cupatis adversus Gallorum equitatum u-  
terentur. Ast hæc ipsa tormenta, cum  
plurima essent, ac optime instrueta, Hel-  
vetios pedites vallum superare intentos  
ingenti clade afficiebant. Insuper Con-  
nestabilis hos aggeres collato pede in  
eodem vestigio stans tamdiu tuebatur,  
donec Rex cum media acie, quam ipse-  
met ducebat, auxilio esset, Palicio inte-  
rea